



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteæ
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Studium imitandi Christu[m]. 33

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

causari nihil pro se ipse; sed neque alijs permettere volebat, vt decretis inertiae pænis intercederent; quin ipsum adeo Rectorum innocentiae huius gnarum, ne dicere in eam rem testimonium vellet, impensè orauit.

*XXXIII. studium imitandi.
Christum.*

OCulos forte quadam animumque intenderat in obiectam Christi imaginem, habitu lugubri depictam: quali tunc fuerat, cum innocens olim in Herodis regia, despiciatur habebatur. In hoc exemplum intuitus adolescens, exarsit, modo quo optimo tunc posset, imitari. Sed quando materies in præsentia alia non suberat; adit scholæ magistrum rectâ; supplêxque, ut negli-

negli
publ
iube
toni
fisse
clam
cont
apuc
vere
quar
(qui
me d
lum
gijs,
ta, qu
ri. N
voti,
Mag
postr
ferè r
XXI
S Vb

negligentium ritu castigari se
publicè, in omnium conspectu
iubeat, orat. Magister, qui An-
tonium sciret culpæ nihil admi-
fisse, miratus insolitas preces,
clam, ecquid ea sibi re velit, per-
contatur. Ille, cui religio esset
apud magistrum tergiuersari,
verecundè; velim, inquit, hoc
quantulocunque documento
(quia nondum alio licet) mei
me domini clientem & discipu-
lum probare; & seruatis vesti-
gijs, ad quædam eius imitamen-
ta, quamuis impare passu, cona-
ri. Non obtinuit. At iacturam
voti, cuius tunc fieri compos per
Magistrum nequierat, per se
postmodo liberaliter in hunc
ferè modum resarsit.

XXXIV. Volutatio in spinis.

SVb verni ieunij dies vltimos,
D con-